MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (TEIL III)

Zwettl, 1. Viertel 13. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31625
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

est emundatus. Procedens autem psallendo cum ad medianam
peruenisset coram hoste improbo virtute sancti depulso, puella
quedam purgata discessit.

Accedens autem ad locum, ubi oratorium quod in honore sancti con
struxerat, posuit hec pignora in altare. Accedens autem
ad eum unus cum amissis oculis, alius manu debilis, impleta
oratione, hic lucem recepit post tenebras, ille post ocia diutina.
Mulier vero nomine Etina cum filia eius ab hoste iniquo vexaretur,
ad hoc altare ducta, cum prole sospes abscessit. Frigoritici vero
in illo loco innumeri saluati sunt.

Sed quoniam absurdum si beatus Iulianus cum Iohanne aut
Martino sana sanitatum impertiat, cum quibus in vertice
celi in celo tripudiat. Referam adhuc qualiter cum Nicetio Lu
gdunense simul virtute floruit. Igitur infra terminum territo
rii Turonici, Litomeris quidam in honore sancti martyris basilicam
edificauit. In quam nos ex more ad benedicendum euocati, sancti
Iuliani martyris cum sancti Nicetii Lugdunensis episcopi reliquiis colloca
uimus. Sed non multum post temporis cecus adueniens fideliter oratio
nem fudit, visum recipere meruit. Nomen huius ceci in li
bro vite sancti Nicetii, quod dignum est ut communis virtus utriusque
sancti scripta connectat. Ergo his miraculis lector intendens in
telligat, non aliter nisi martyrum reliquorum quam amicorum dei adiutoriis
se posse saluari. Ego autem domini misericordiam per beati martyris Iuliani
patrocinia deprecor: ut aduocatus in causis alumpni proprii
coram deo assistens obtineat, ut absque impedimento macule
ullius huius vite cursum peragam, atque illa que confessus sum in
baptismo irreprehensibiliter teneam, fideliter exerceam, viriliter
usque ad consummationem huius vite custodiam. Prestante domino.

Incipit passio Manegundis virginis.

Insignia diuinorum beneficiorum karismata que humano generi
celitus sunt indulta, nec sensu concipi, nec verbis effari, non
scripturis poterunt comprehendi: cum ipso saluator mundi ab illo
rudis seculi exordio patriarchis se prestat videri, prophetis annun
tiari, ad extremum semper virginis intacteque Marie dignatur
utero suscipi, et prepotens inmortalisque creator mortalis car
nis patitur amictu vestiri, mortem pro hominis peccato mortuus
reparationem adire, victorque resurgere. Qui nos grauium faci
norum spiculis sauciatos, ac latronum insidiantium vulneribus affec
tos infuso mero oleoque liquore ad stabulum medicine celestis id est
ecclesie sancte dogma perduxit, qui nos exemplis sanctorum viuere inces
sabili preceptionis sue munere cohortatur. Non modo viros sed et ipsum
inferiorem sexum non segniter sed viriliter agonizantem prebet exem
plum, qui non solum viris legitime decertantibus verum et feminis
in his plus fauorabiliter desudantibus sydera regna participat.
Sicut nunc beata Manegundis, que relicto genitali solo tamquam
regina prudens que audire sapientiam Salomonis adiuit. Ita hec
beati Martini basilicam ut eius miracula cotidianis indul
ta monitis miraretur expetiit, haurietque de fonte sacerdotali

quo possit aditum paradysiaci nemoris recludere.

IGITUR beatissima Manegundis Carnotene urbis indi
gena, parentum ad votum copulata coniugio, duas filias
habuit, super quibus valde gauisa lete dicens. Quia propagauit
deus generationem meam, ut mihi due filie nascerentur. Sed hoc mundia
le gaudium peruenit seculi huius amaritudo. Nam puelle modica
febre pulsate metam debitum nature concluserunt. Ex hoc ge
nitrix mesta deplorans, orbatamque se lugens, nec diebus nec noctibus
a fletu cessabat. Quam non vir, non amici, nec ullus propinquorum po
terat consolari, tandemque in se conuersa ait. Si nullam consolatio
nem de obitu filiarum capio, vereor ne ob hoc ledam dominum nostrum Ihesum
Christum. Sed nunc hec laicalia relinquens cum beato Iob consolata decan
tem. Dominus dedit, dominus abstulit, quomodo domino placuit ita factum est.
sit nomen domini benedictum. Et hec dicens induta veste lugubri, ius
sit sibi cellulam paruam preparari, in qua tantummodo fenestellulam
per quam modicum lumen posset cernere precepit aptari. Ibique contempto
mundi ambitu, spreto viri consortio, soli deo in quo erat confi
sa vacabat, fundens orationem pro suis propriisque delictis. Hec pu
ellulam unam cuius ei famulatu ministrabantur ea que necessitas
exigebat. Accipiebat vero ex farinam hordeaceam, infusisque ci
neres limphis ac diligenter colans, ex ea aquam mixturam masse
conficiebat. formatosque propriis manibus panes ac ipsa coquens,
post longa ieiunia reficiebatur, reliquum domus sue cibum
pauperibus dispensabat.

Factum est autem quadam die, ut memorata puella que ei consue
uerat famulari, et ut credo inimici astu seducta, cui semper
bonis iniurias irrogare mos est, se ab eius famulatu subtraheret
dicens. Non potero ego cum hac domina permanere que in tali abstinen
tia commoratur, sed potius utar seculo, ac cibum potumque in habundan
tia sumam. Quintus enim iam fluxerat abscessionis eius dies, quod hec
religiosa neque farinam consuetam neque aquam acceperat, sed perstabat
inmobilis et fixa manens in Christo, in quo quisque locatus nec ven
ti turbine nec fluctuum impulsione dilabitur. Nec sibi illa de
mortali cibo vitam, sed de verbo dei sicut scriptum est putabat inferri,
commemorans illud sapientie Salomoniace verbum, quod non necabit
dominus fame animam iusti. Et illud quod iustus ex fide viuit. Sed quoniam corpus
humanum absque esu terreno sustentari nequit, prostrata in oratione pe
tiit, ut qui manna populo esurienti de celo lymphasque sitienti
produxit e saxo, ipse quoque clamanti, quo paruum per corpusculum fessum conforta
retur dignaretur indulgere. Tuncque in oratione nix de celo decidua
humum operuit. Quod illa cum gratiarum actione cernens educta ma
nu per fenestram que circa parietem erat, ex ipsa niue collegit. De
qua aquam exprimens, panem solito formauit, quod usque ad alios quinque
dies victum corporeum ministrauit. Habebat enim contiguum
cellule paruulum viridarium. In eo enim per quandam reuelationem
procedere erat solita, in quo ingressa dum intuens loci herbas de
ambularet, mulier eam que triticum super tectum suum siccare posu
erat, quasi de eminentiore loco curis obpleta mundanis in